



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. LI. Exploratoribus vtendum esse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

ad huc 21. alterius generis, quæ ab usu, quem potissimum in campo aperto præstant, dicuntur Campestres serpentina seu Colubrina, & quibus hæc onerentur 3500. globi. Iam vero quod ad arma minora attinet, iis abunde classis erat instructa. In promptu erat bombardæ manuariæ longiores 7000. furcata & ad capulum incurvata cum requisitis suis 1000. Hastilia oblonga 10000. Gesta ac bipennes 1000. Hasta breuiores 6000. aliæq. complura prout de comparata, quibus cum fides ferret, terrestri prælium aduersus hostem iniuri, oppidaque obsideri atque capi possent. Assuere simul 700. Cunicularii, apparatus suo, quo in cuniculis agenda præteritur, plus satis instructi.

Omnium autem personarum, quibus de comæatu prospicere erat, cuius generis fuere stipendiarii milites audaculi, Sclopetarii, Medici, Chirurghi, Sacrificuli, Monachi, Nobiles, & Ministri ceteri summi Classis præfecti, Ludices, Nauta, Remiges, coqui & similes ad Classis apparatus necessarii fuerit numerus 30693. Ad horum sustentationem semestrem hic comæatus habebatur. Panis bis cocti Centenarii 11000. Vini amphora 21255. Carnis salis centenarii 6000. Cascorum centenarii 3433. Salsamentorum centenarii 8000. Oryza centenarii 3000 Fabarum ac Eruiorum centenarii 6320. Olei mensura, quas vocant Bath. 11398. Aceti eiusdem mensura 13687. Fistula aqua potabili plena 11870. Illud quoque ab Hispaniis, quos Angeli ceperunt, cognitum est: singulis diebus classi alenda 12000. ducatos fuisse impensos & magnam præterea auri & argenti vim in belli subsidium per naues pratorias aduectam: in ipsam autem classem ab hostili Anglica decies milites tormenta fuisse exonerata. In classe Danica apparatus navis prætorie hunc tradit. Bombardarii (c. 8. l. 1.) periti tormentorum maiorum onerandorum & dispendiorum 100. Nauta 500. Milites Classarii 700. Integra & dimidiata cartæ 20. Serpentina seu Colubrina integra 14. Serpentina doctæ 14. Serpentina dimidiata 4. Falcones 15. Aenei pyroboli 2. Turrisfraga seu Phalarica murales 8. Arietes pyrii 8. Harpagones siue hama 8. Machinas, quas vocant Wærstien. 68. Machina vincta 100. Pulueris nitrati pondera siue lastæ 10. Præter plumbum, globulos, Ellychnia, siue fomites igniarios, magno numero. Comæatus in eandem nauim prætoriam fuit destinatus ad semestrem victum: Succidia 7400. Frustra carniū bubularum 3143. Carnium ouillarū quarta 6248. Anseres fumo durati 6248. Butyri pondera siue lastæ 30. Halæcum conditarum lastæ 60. Asellorum minorum lastæ 60. Salparum siue Merlucarum vehicula 1480. Esocis saliti lastæ 4. Anguilla saliti lastæ 4. Albica Marina 4000. Pectines seu passeris marini soleficati 8000. Asellorum longorum fasses 8. Asellorum maiorum siue capitonum fasses 8. Avena humano cibo preparata lastæ 24. Eruiorum lastæ 24. Panis lastæ 402. Cereuisia lastæ 700. Salis Lunaburgensis lastæ 4. Salis grafi peregrini lastæ 10. Aceti lastæ 4.

Cum naues defunt, vtitur est negotiatorum nauigia detinere, soluto uestitionis precio. Quod Reges Hispaniarum Daniæque solent, qua in re ita agendum, vt iustitia in omnibus seruetur.

Comæatum tamen cura prima sit.

Ὁὐδὲ τοι εὐχρηστὲς αἱ γαστρίων ἡμεῶν ἀνάγκαι
ἐπὶ τοῖς, ἢ τ' ἐκείνων ἐν τῇ νηὶ ἡμεῶν ἀνάγκαι
ἢ καὶ τῶν ἑσπερίων, ἢ ἐπὶ τοῖς πῆδος ἐξ ὧν.

Non est improbo ventre damnosius aliud, qui necessario sui memoriam exigit, etiam si quis tristis sit & luctum mente voluat.

In exercitu id grauius malum est, quia ille ad vitiosos cibos & obscenos impulsus, pestilentiam alioque morbos contrahit, & quia languet, spiritus deficiunt, timidusque efficitur.

Vt comæatus habeatur, commodum fuerit, non modo pecuniam imperare, quæ per manus Harpyiarum transiens acciditur, sed frumentum, succidiam, caseos, butyrum, oleum, pisces, aliæque, libentius enim hæc inferunt subditi, & vilius seruantur.

CAPVT LI.

Exploratoribus vtendum esse.

§.1. Hostium nosse consilia, sua celare summum ad victoriam momentum habet. Nec quifquam fere bello victus est, nisi qui propositum hostium ignorauit. Tomombeius fortissimum exercitum amisit, & regno exutus est, eam fere ob causam, quod omnia eius consilia proderentur.

Hostium consilia nouisse, est pene vicisse, Fuluius nobilior hostes intelligit extremum agmen carpturos, fortissimam legionem primo loco ire, impedimenta se qui iubet, hostes inuitati occasione sarcinas diripiunt. At Fuluius legionis quinque cohortes ad dextram, quinque ad sinistram viæ direxit, quæ hostem occupatum conciderunt. Idem non dissimili modo Iphicrates fecit. Epaminondas nihil magis in Duce laudabile esse, quam nosse hostium consilia.

§.2. Germanicus etiam in tumultu & cæde militari, apud Germanos exploratores habuit. Tac. l. 1. ann. Dilecta longiore via, cetera adcelerantur, etenim attulerant exploratores systam eam Germani noctem, ac sollennibus epulis ludicram.

§.3. Magni interdum Reges suo periculo varia loca adeunt, vt hostium apparatus cognoscant. Salladinus Christianorum apparatus audiens; Germaniam, Gallias & Hispaniam peragravit. Egnat. lib. 9. cap. 8. Prudentior hoc in genere Mennon, qui cum legato alium misit, nempe citharædum nobilem, ad quem multitudo confluebat. Polyæn. lib. 5.

§.4. Multo minus proprii exercitus fatum est ignorandum, quod quandoque exitio fuit. Interdum sane ignorant in eodem exercitu partium fortunam Brutus victor erat, in suo cornu victus Cassius, qui cum Brutum quoque victum putaret, mortem sibi conscivit. Rex Galliarum Heluetios in Insurbia uicisset, integri quidam Heluetiorum ordines suos victores putauerunt, & prope ob eum errorem totus exercitus interierat.

§.5. Exploratores semper, sed caute mittendi, ne intercepti, & torti consilia tua indicent. Heraclides specie transfugæ naualia Rhodiorum incendit.

§.6. Omni modo & nouis interdum stratagematis vtendum, vt exploratores noscantur. Cum in exercitu Charetis exploratores essent, iussit vnum quemque proximum apprehendere, & interrogare ordinem, vexillum, manipulum, contubernium, ad quæ cum respondere non possent, deprehensi sunt. Theognis cum iuberet omnes suis armis indui, exploratores deprehendit, sed cum inter lixas & negotiatores latent, illi quoque sunt examinandi, nam fere ab aliquo noscuntur.

§.7. Literarum occultæ notæ, siue in baiuli corpore, siue alio modo scribantur, iam fere deprehenduntur. Tutissimum est, antequam se iungantur de notis conuenire. Olim Carthagenensis in tabella, quæ cera obducta erat, secreta Romanorum perscribebat in Patriam, & Demaratus Græcus de expeditione Xerxis monuit: Cell. 17. c. 9. attolis nouacula capillis inscriptas vertici literas iisdem renatis testas ad amicos missas ait.

Scytala Laconica insigni artificio fit, vterque lignum eiusdem modi ac magnitudinis habet, charta oblonga instar lori circumligatur, deinde inscribitur, eam qui accipit suo ligno circumligat, & reddet eandem literarum coniunctionem, quæ in priore ligno erat, nec hostis explicari potest illud sensum, nisi magnitudinem lignorum cognouerit.

Callidissimus Regum Philippus literas Antipatro

Nota sunt
hostium
consilia.
Omnis ars
duci, si
at hostis,
noxia est.

Fortunam
proprii
exercitus
nos
seopus est.

Exploratores
explo-
randi.

Litteræ
explo-
ratorum.

Scytala.

Comæatus
classis
Hispanica.

Prætorie
Danicæ
classis.

Comæatus.

tro scripsit, Thracias rebellasse, veniret omnis omnibus, quas cum Athenienses interceptissent, arcana Macedonia accepisse rati & securitatem abducunt. Philippi duces transeunt, nullo obstante. Magna sane occasio hostis eludendi, si ficta imperia ad duces mittantur, quæ tamen cognoscere, & distinguere vera à fictis non erit difficile, adiecto aliquo signo inter eos solos noto. Refert Mendoza in obsidione duobus datam chartam plumbo inclusam, quod deglutierunt, chartam autem ita scriptam, ut ipsi ignorarent, nec tormentis affecti dicere possent, specie autem transfugarum ad hostem venerunt. Nec modo literas interceptiunt, ad socios mittunt, sed hostium quoque ad hostes dirigunt, effingendo sigillum & characteras, ut aliquo errore eos afficiant. Transfugis puniendis solent literas scribere, quæ interceptiantur, ut fidem abrogent apud hostes, & ut exploratores videantur. Conon relictus à locis transfugas misit, qui indicaret eos fugere, illi cum insidiantes præstent redierunt.

§. 8. Ad explorationem, omnis nunciorum literarumque ratio pertinet. Nunciorum emittendum & reddendum literarum varios modos excogitavit necessitas. Pontius Cominus per Tarpeiam rupem se demisit, & transnato Tyberi Veios peruenit, deinde incolumis capitolio se reddidit. Campanorum miles baltheo inclusam epistolam ad Pænos attulit. Et vaginarum interiori parti includunt. Cleonymus nullis per sagittas literis captivisque persuadet, se ad liberandam Rempublicam Troezeniorum venire, eaque ratione dissidentibus superuenit.

Cæsaris nuncius literas in castra iaculatus est, sed timendum ne non aduertatur, itaque melius per subornatos mittuntur, per eos, qui fecum stramen, poma, similiæque castris inferunt. Perignotos & viles facile deferuntur literæ. Ericus Sueciæ Rex Angliæ reginam literis baculo inclusis ambijt, sed eas interceptit Dani præfectus. Harpagus lepori inferuit.

§. 9. Explorandi insignem rationem Scipio secutus est, nam cum Lælio ad Syphacæ legato servorum loco lectissimos tribunos & centuriones misit, qui equum dimissum consecrati per castra, omnia munimenta viderunt, & Scipioni facilem victoriam pepererunt. Carthaginienses Hamilcarem ad Alexandrum exilis specie ire iusserunt, & eius ad se consiliari referre. Id quoque cum Romanis factum. Caro ex hostibus unum exceptum tortumque interrogavit de hostium consilijs; quod anceps est, cum pauci illa cognoscere soleant.

Verum hac in re summa opus est sagacitate, summaque prudentia, Paulus Æmylius cum magnam avium multitudinem simul à Sybea euolare vidisset, esse ibi insidias Hetruscorum non vane arbitratus est. Quo etiam signo Tyamenus Horestis filius iugum ab hostibus infestum esse cognovit. Mihi omnium expeditissime Carthaginienses ex longinquo significasse videntur; Nam signum dare poterant, ut quid deesset, Carthagine videretur. Duas clepsydras æquali magnitudine fecerant, circulos etiam æqualiter constituerant, illis vero inscripserant varia, quibus egeret aliquando poterant, verbi gratia, Machinis, auto, frumento, equite, pedite. Quod si igitur earum rerum aliquas peterent, cum ad circulum cui res illa inscripta erat, aqua descenderet, ignem excitabant, quo viso, inspectaque sua clepsydra subsidium mittebatur Carthagine. Hac in re duo diligenter observanda erant, primo ut clepsydram vertendarum diligens ratio haberetur, Alterum, ut ignis certo modo locoque fieret, ne si in vic-

no fortuitum aut hostile incendium esset, subsidia peti senatus putaret.

Cum per columbas literæ mittuntur, cavendum, ne in hostem incidat, quod Sultano contigit, Prolo-maidem obsidentibus Christianis. Cum ignibus signum datur, contrarij ignes excitandi sunt, ut dubitent hostes, quorum illi sint. Ita Platæenses, cum à Lacedæmonijs obsiderentur fecerunt. Mutandis signis maxime hostis fallitur. Arabes cum fumo interdum, noctu ignes adesse hostes significarent, id continuos dies fecerunt, sed cum hostis adesset, consulto signa omiserunt, quod illis signum erat, hostes latere se arbitrati omnia securius egerunt.

CAPUT LII.

Proditores quomodo tolerandi.

§. 1. Proditionem plerique amant, proditores oderunt.

Proditores eos appello, qui patriam, principem, exercitum, secreta, aliave hosti clam tradunt, aut in eorum perniciem, quibus fidelitatem debent, consilia cum hostibus communicant. Itaque qui portas aperiunt, qui aliquid hosti opportunum efficiunt, hoc nomine vocantur. Qui vero ab hoste veniunt, sese clam insinuant, & fraude utuntur, proditores non sunt. Imo in bello iusto stratagema est non proditio. Tales sunt qui rusticano habitu alijsque rebus occulte hostium loca subeunt, exploratores potius, quam proditores.

§. 2. Proditione simulata crebro utuntur, ut in exitum pertrahant eos, quos sollicitare norunt militum animos, itaque nec proditoribus quidem facile creditur. Alcibiades vsus perfuga Syracusanis persuasit, ut vrbe exirent, quam mox ipse cepit. Catana habebat exercitum, asseuerat perfuga Catanaenses velle Græcos opprimere, & posse, si à Syracusanis subsidia habeant, illi uniuersis viribus Catanam eunt, Syracusas indefensas capit Alcibiades.

Nimium creduli Romani, qui cum ad Pisonem in turri obsessum liberandum irent, audita ex perfuga fama, quam callide Mago sparserat, Pisonem captum territi abscesserunt.

Guido Forciulij obsessus effecit, ut ciues nonnulli simulata proditione hostium quosdam inducerent, in urbem ipse alia porta egressus, eos qui foris erant imparatos cecidit, deinde rediens eos qui per urbem palabundi intenti prædis erant occidit aut cepit.

§. 3. Fredericus Aragoniæ Rex, cum nesciret, quo loco Robertus Neapolitanus Sicilia inuasurus esset, ciuibz quibusdam Drepanitanis imperauit, ut illi persuaderent, Drepanum obsideret, in quod forte ipse præsidium imposuit, & totam æstatem ibi hærere cœgit, atque etiam aduentante hyeme pacem facere.

Mentor Hermij victi sigillo literas mittens ciuitates multas occupauit. Fredericus comes ferrati Varrucalensi præfecto literas Sigismundi manum imitatus misit; quæsiuitque an præsidio egeret, quo annuente, suum misit.

§. 4. Variâ ratione curandum est, ut fides transfugis abrogetur; nam & transfugia inhiat, & hostis tua consilia ignorabit, & proditores puniet. Hannibal fidem transfugis detraxit: cum enim sciret in castris exploratores esse Romanorum, suos milites, qui transfugerant ad Romanos publice negauit transfugas vocandos, qui solertissimi milites hostium

Proditor est
amicus est.

In insidiis
deducere.